Contuſis affunde

Spiritus Vini rectificati uncias ſexdecim.

Digerantur in arena modico calore, et Tinctura filtrata exhibeatur uſui.

Tinctura Jalappae Confortans.

℞. Radicum Jalappae reſinoſae uncias tres.
Corticum Citriorum unciam unam.
Cinamomi unciam ſemis.
Seminum Aniſi ſcrupulos quatuor.
Spiritus Vini rectificati uncias ſexdecim.

Extrahatur S. A. Tinctura.

ELIXIRIA.

Elixir Proprietatis sine Acido.

℞. Aloës.
Croci.
Myrrhae ana unciam unam.
Irrorentur
Oleo Tartari per deliquium
ut materia humida fiat; post viginti quatuor horas affundantur
Spiritus Vini rectificati unciae triginta.
Digere tepide per quatuordecim dies, tum Elixir decantetur, et usui servetur.

Elixir Hystericum

Fit, adjiciendo
Galbani unciam unam.
Fibrarum Radicis Angelicae unciam semis.

Idem Elixir cum Acido

Fit, si loco
Olei Tartari per deliquium
Addatur
Olei Sulphuris per Campanam drachma una.
Hac tamen cautela, ut species prius madefiant Q. S. Spiritus Vini rectificati, *antequam* Oleum Sulphuris *addatur.*

Elixir

ELIXIR SALUTIS.

℞. Radicum Enulae Campanae unciam dimidiam.
Liquiritiae unciam unam.
Foliorum Senae mundatorum uncias quatuor.
Passularum Corinthiacarum libram dimidiam.
Seminum Coriandri.
——— Foeniculi ana unciam mediam.
Ligni Guajaci unciam unam.
Spiritus Vini.
Vini Malvatici ana pintas duas.

Digere per duas septimanas, tum Tinctura decantetur et usui servetur.

NB. *Omnes Spiritus, Tincturae, Essentiae, Elixiria et caeterae praeparationes, ad quas Spiritus Vini requiritur, cum nullo alio, quam* Spiritu Vini Gallici *praeparare licitum erit, nisi alius nominatus fuerit.*

RESINAE.

RESINA JALAPPAE.

℞. Radicis Jalappae resinosae uncias duodecim.
Spiritus Vini rectificati pintas quatuor.

Stent calide ad sufficientem Tincturae extractionem, cui decantatae adde

Aquae purae Q. S. seu pintam unam.

Destillando abstrahe Spiritum leni igne; remanens in

fundo residuum Aqua pura ablue, sicca, et servetur usui. Eodem modo paratur

RESINA AGARICI.
———— GUAJACI.
———— SCAMMONII.

PER SUBLIMATIONEM.

FLORES BENZOIN.

℞. Gummi Benzoin contusi Q. V.

Indatur Cucurbitae terreae, hanc tege Cono papyraceo, eamque circumcirca liga, impone arenae, et leni igne sublima, adscendentque in Conum flores, *qui mutato subinde Cono, sunt colligendi.*

PER DELIQUIUM.

OLEUM *seu* LIQUOR MYRRHAE.

℞. Myrrhae electae in pulverem redactae Q. S.

Indatur

Albuminibus Ovorum ad duritiem coctis.

Et in loco humido solvatur in liquorem oleaginosum.

PER INCINERATIONEM.

SAL ABSINTHII.
—— CARDUI BENEDICTI.
—— FABARUM.
—— GENISTAE.
—— SABINAE.

Herbae ſiccatae *exurantur in Cineres albos, ex quibus ope* aquae calentis *ſalſedo extrahatur, et fiat* Lixivium, *quod filtrandum, et leni carbonum igne exſiccandum in* ſalem, *qui, ut purior ſit, iterum ſolvatur, filtretur.*

PER DECOCTIONEM ET CRYSTALLISATIONEM.

CREMOR TARTARI.

℞. Tartari Rhenani albi in pulverem redacti et aliquoties abluti. Q. V.

Coque lento igne cum S. Q. Aquae in vaſe fictili, uſquedum pellicula appareat, quae rudicula lignea colligenda, exſiccanda ſuper chartam bibulam, et in vitro bene obturato ſervanda, idque repetatur, donec pellicula non amplius appareat.

CRYSTALLE

CRYSTALLI TARTARI.

℞. Tartari Rhenani albi a ſordibus mundati et in pulverem redacti Q. V.

Ebulliat cum multa aqua, *coletur*, *et deinde evaporetur*, *donec pellicula appareat*, *exponatur frigori*, *uſquedum* Cryſtalli *lateribus phialae accreſcant*, *quae*, *effuſa aqua*, *colligendae*, *exſiccandae*, *et in vitro bene clauſo cuſtodiendae.*

SAL TARTARI.

℞. Tartari Crudi albi vel rubri Q. V.

Involve chartae emporeticae, *optime filo liga*, *dein imbuatur aqua*, *ut bene et undequaque madefiat ; quam impone igni ſatis vehementi*, *et per horam unam calcinato*, *ſic in glebam unam concreſcit aqua communi poſtea extrahendam*, *quam aquam filtra et in olla ferrea evapora ad ſiccitatem uſque*, *et obtinebis Sal Tartari : Quod ſi non ſatis arrideat*, *denuo parumper calcinandum erit*, *et diſſolvendum aqua recenti*, *et evaporandum*, *eritque albiſſimum.*

SAPO TARTAREUS.

℞. Salis Tartari, ex Tartaro et Nitro ana facti S. A. uncias quatuor.

Olei Terebinthinae uncias octo.

Stent ſimul in vaſe amplo loco frigido et humido ad menſes aliquot, *tam diu ſcilicet*, *(ſaepe interim quotidie*

die agitando et plus olei, quoties opus fuerit, adjiciendo) usquedum sal plane triplum olei absorbuerit, atque in unam massam (saponis instar) spissam conspiraverint homogeneam nullatenus separandam, pro parandis pilulis pacificis, et pilulis Matthaei.

TARTARUS REGENERATUS *sive* TERRA FOLIATA TARTARI SIC DICTA.

℞. Salis Tartari sicciſſimi puriſſimi et acerrimi unciam unam.

Huic in vitrea retorta pura affunde

Aceti deſtillati ſatis fortis uncias quatuor.

Destilla ex arena per retortam ad siccitatem usque. Retorta refrigerata, affunde relicto Sali Tartari iterum

Aceti deſtillati uncias quatuor.

Iterumque destilla ad siccitatem usque. Continua hanc destillationem tamdiu, semper affundendo novum acetum stillatitium et destillando ad siccitatem, donec Spiritus Aceti prodeat acidus, id est, talis, qualis affusus, liquor quiete a foece separatur, et leni igne omne humidum educitur, donec in fundo supersit massa salina ex nigro rubra, quae vitro sicco puro calido servanda est. Haec massa, si aqua purissima dissolvatur, filtretur, evaporetur, Sal est gratioris coloris. Si Sal aëri exponatur, aut si additis paucis aquae guttis liquescat, dicitur

LIQUOR TERRAE FOLIATAE TARTARI.

DE CALCE VIVA.

AQUA CALCIS.

℞. Calcis vivae Leodienſis libram unam.
Infunde in Aquae Communis libris ſex per 24. *horas, tunc filtretur liquor, et ſervetur.*

AQUA DIVINA FERNELII.

℞. Mercurii ſublimati corroſivi drachmam unam.
Diſſolvatur in
Aquae Plantaginis libra una.

AQUA PHAGADAENICA.

℞. Aquae Calcis vivae libram unam.
Mercurii ſublimati corroſivi ſcrupulum unum.
Miſceantur.

AQUA SAPPHIRINA.

℞. Aquae Calcis vivae libram unam.
Salis Ammoniaci ſeſqui drachmam.
Solvantur invicem, et in pelvi aenea macerentur, donec colorem ſapphirinum acquirant. Cola.

ARCANUM DUPLICATUM

Fit ex Capite mortuo Aquae Fortis duplicis in aqua calida ſoluto, filtrato, et exhalato S. A.

DE

DE CORNU CERVI.

Cornu Cervi, Eboris et aliorum ossium Praeparatio.

℞. Offa quae et Q. V.

In frufta fecta comburantur in crucibulo, donec albefcant; fubtiliffime trita laventur faepius Aqua Rofacea.

Tandem fuper marmor laevigata redigantur in Trochifcos.

Eorundem ossium Praeparatio Spagyrica.

In deftillatione aquae vitae *offa filo annexa fufpende in collo veficae, ita ut liquorem non attingant; tum fuperpofito capitello, fiat deftillatio, et per adfcendentes vapores offa in fubftantiam friabilem redigentur.*

Sal Cornu Cervi et Spiritus.

℞. Fragmenta Cornu Cervi.

Iis repleatur retorta lapidea, vel Cacabo ferreo impofito fimul Capitello indantur, cui vas recipiens

amplum apponatur, juncturis bene lutatis. Fiat destillatio ex igne aperto, primo leni, dein fortissimo, et prodibunt Sal Volatile *et* Spiritus *simul cum* oleo crasso, *Spiritum lege artis separa, Sal Volatile indatur Cucurbitae vitreae, affundatur aqua, et igne arenae in Cucurbitam priori superimpositam sublimetur, vel una pars Salis Volatilis Oleo inpraegnati admisceatur quatuor partibus C. C. usti, phialae sublimatoriae indantur et instituatur lenissimo igne arenae sublimatio.*

Spiritus Cornu Cervi Succinatus.

℞. Spiritus Cornu Cervi fortissimi.

Huic per vices ingere Salem Volatilem Succini subtilissime tritum tamdiu, donec effervescentia cesset: Liquor per subsidentiam clarus usui servetur, aut ex retorta rectificetur.

Cornu Cervi ustum.

℞. Residuum a priori destillatione.

In igne aperto candefac, donec fiat album.

DE

DE SALE AMMONIACO.

Flores Salis Ammoniaci.

℞. Salis Ammoniaci.
—— Marini decrepitati ana Q. V.

Pulverisata et mixta indantur Cucurbitae figulinae, cui in arena positae, caeco capitello adaptato, sub initio ignem levem adhibito, eumque sensim adaugeto, quo usque Sal Ammoniacum sub farinae forma adscendat, dein ignem continuato, et cum nihil amplius adscendere animadvertitur, vas refrigescat, capitellum removeto, et flores penna colligito.

Spiritus Salis Ammoniaci.

℞. Salis Ammoniaci partem unam.
Cinerum Clavellatorum optimorum *vel*
Calcis vivae partes duas.
Aquae pluvialis partes sex.

Destilla ex Cucurbita in excipulum amplum, donec Sal ab adscendente phlegmate solvi incipiat.

Sal Volatile Oleosum et Aromaticum.

℞. Cinamomi electi unciam unam.
Macis.
Nucis Moschatae ana drachmas sex.

Caryophyllorum drachmas duas et ſemis.
Corticum recentium Aurantiorum.
——— ——— Citriorum ana uncias duas.
Seminum Cardamomi.
——— Cubebarum ana drachmas duas.
Spiritus Vini uncias quinquaginta.

Macerentur ſpatio ſex dierum, tum adde

Salis Ammoniaci uncias tres.
Cinerum Clavellatorum uncias ſex.
} ſeorſim in pulverem redactorum.

Deſtillentur in Vitro bene clauſo ad dimidiam partem.

DE NITRO.

SAL NITRI FIXUM.

℞. Nitri puriſſimi et optimi uncias quatuor.

In pulverem redactum indatur crucibulo, quod imponatur carbonibus accenſis, ut Nitrum *inſtar aquae fluat. Tum indatur fruſtum carbonis igniti et exſpectetur, donec illud fruſtum cum* Nitro *ſit conſumtum; tum repetatur carbonum injectio toties, donec* Nitrum *non amplius inflammetur; quod fit ſpatio bihorii, et maſſa ſicca ac vireſcens erit* Sal Nitri fixum.

LIQUOR

Liquor Nitri fixi.

℞. Salis Nitri fixi q. v.
Eodem modo praeparetur, ut Oleum Tartari *per deliquium.*

Sal Prunellae.

℞. Nitri puri uncias viginti.
Impone ſartagini, ut intra prunas accenſas liqueſcere poſſit, liquato injice
Florum Sulphuris unciam unam.
Non una, ſed pluribus vicibus, donec omnis Sulphurea pinguedo deflagraverit. Tunc Nitrum liquatum *effunde in pelvim aeneam, concretum ſerva in uſum.*

Sal Polychrestus.

℞. Nitri q. v.
Fluat in Crucibulo, fluenti injice
Sulphuris contriti paululum.
Id continuando, donec aequalis pars Sulphuris *ſit conſumpta, et pulvis griſeus remaneat, qui aqua calida ſolutus, filtratus, et ad ſiccitatem evaporatus, dat* Salem Polychreſtum.

Spiritus Nitri Glauberi.

℞. Nitri puriſſimi libram unam.
Solve in
Aquae libris duabus.
Affunde ſenſim
Olei Vitrioli libram unam.
Deſtilla ex retorta vitrea per arenam in recipiens amplum, juncturis bene clauſis, per gradus, donec appareant ſtrigmenta oleoſa, et fumi rubri. Tunc aucto igne perge, quoad aliquid guttatim exſtillet, et ſummo arenae igne amplius expellatur nihil.

Spiritus Nitri cum Bolo.

℞. Nitri puriſſimi partem unam.
Boli vulgaris vel alterius terrae ſiccae partes tres.
Pulveriſata et mixta indantur retortae terreae ita, ut media pars retortae vacua maneat. Tum igne aperto primo leni, deinde fortiſſimo deſtillentur, donec vapores rubri ceſſent, quod peractae operationis ſignum eſt. Spiritus *ſervetur uſui.*

Spiritus Nitri Dulcis.

℞. Spiritus Nitri cum Bolo deſtillati partem unam.
Illi in phiala alta ſub camino lente admiſce
Spiritus Vini Alcoholiſati per ſe triplum.
Sedata, quae aliquo temporis intervallo ſequetur, ebullitione, liquor per aliquot horas digeratur.

De

DE SALE MARINO.

SPIRITUS SALIS GLAUBERI.
——— ——— CUM BOLO.

Fiunt eodem modo, uti
Spiritus Nitri, si loco Nitri
Sumatur
Sal Marinus.
Omnia sunt eadem, nisi quod hic fumi sunt albi, qui in Spiritu Nitri *rubri apparent.*

SPIRITUS SALIS DULCIS.

Fit eodem modo, ut Spiritus Nitri dulcis.

DE VITRIOLO.

VITRIOLI CALCINATIO.

℞. Vitrioli in pulverem redacti Q. V.
In vase terreo non vitreato igne modico ad albedinem exsiccetur, fortiter agitando, ne adhaerescat, et lapidescat, dein igne aucto per horae quadrantem uratur ad rubedinem.

VITRIOLI SPIRITUS VOLATILIS SULPHUREUS.
——— ——— ACIDUS.
——— PHLEGMA.
——— OLEUM.

℞. Vitriolum viride calcinatum ad albedinem et ſuo phlegmate privatum.

Eo reple retortae amplae Waldenburgicae, vel vitreae loricatae fere duas tertias. Impone retortam fornaci reverberii, eique appone recipiens amplum, evoca blando igne reſiduam aquoſitatem, quae eſt phlegma Vitrioli. *Dehinc accurate clauſis commiſſuris auge ignem gradatim, donec fumi prodeant. In eodem gradu ignis perge, quoad refrigeretur recipiens, et nullae guttae amplius exſtillent. Vaſis refrigeratis, liquorem in recipiente collectum inde Cucurbitae longiuſculi colli, illi prompte impone alembicum. Commiſſuras arcte claude, et leniſſimo arenae igne deſtilletur* Spiritus, *qui erit* Spiritus Vitrioli volatilis Sulphureus.

Novo applicato recipiente, reſiduum ad dimidias evaporetur, et erit Spiritus Vitrioli Acidus. *Reſiduum vero in Cucurbita* Vitrioli Oleum.

SAL

Sal Tartari Vitriolatus.

℞. Olei Vitrioli Q. V.
Huic caute et lente admiſce
Aquae quadruplum.
Ac ſenſim affunde
Oleum Tartari per deliquium.
Circa finem cautiſſime obſervando punctum ſaturationis, coquatur, poſtquam addideris Aquae quadruplum, filtra fervide, et reponatur ad Cryſtalliſandum.
Idem fit,
Si Oleo Tartari per deliquium
Lente admiſceas in vitro
Olei Vitrioli Q. S.
Et punctum ſaturationis rite obſervetur, et dein leni igne ad ſiccitatem evaporetur.

Ens Veneris.

℞. Colchotaris Vitrioli edulcorati.
Salis Ammoniaci ana libram unam.
Subtiliſſime pulveriſata immittantur Cucurbitae terreae capitello vitreo munitae, ac igne arenae fiat ſublimatio florum.

DE SULPHURE.

FLORES SULPHURIS.

℞. Sulphuris flavi a ſordibus purgati Q. V.

Indatur vaſi terreo, et in arena ſublimetur in aliud vas ſuperpoſitum, et luti ope firmiter adnexum, flores colligantur et uſui ſerventur.

OLEUM *ſeu* SPIRITUS SULPHURIS PER CAMPANAM.

℞. Sulphuris crudi Q. V.

Inde vaſi fictili, ſuperponendo Alembicum, vel Campanam vitream, tunc accende, et liquorem per roſtrum alembici ſtillantem, vel ex Campanae margine decidentem collige. Haec fiant aëre vel loco humidiore.

BALSAMUS SULPHURIS THEREBINTHINATUS.

℞. Florum Sulphuris unciam unam.
Olei Terebinthinae uncias ſex.

Coque in phiala ad conſiſtentiam Balſami.

BALSAMUS SULPHURIS ANISATUS.
——— ——— JUNIPERINUS.
——— ——— SUCCINATUS.

℞. Florum

℞. Florum Sulphuris unciam unam.
Olei Anisi.
—— Juniperi *vel*
—— Succini destillati uncias sex.
Leni igne arenae digerantur in Balsamum.

Balsamus Sulphuris Rulandi, vel qui Rulando adscribitur.

℞. Florum Sulphuris unciam unam.
Olei Raparum libram dimidiam.
Vini generosi uncias duas.
Macerentur diebus octo calore leni, aliquoties agitando, postea leni igne coque ad Vini consumtionem, et Balsamus a foecibus separatus servetur usui.

Balsamus Sulphuris Linatus.

Paretur eodem modo cum Oleo Lini.

DE SUCCINO.

Succini Sal volatile *et* Oleum.

℞. Succini Q. V.
Inde retortae terreae, vel vitreae loricatae, ut semiplena sit, dein ei superadde
Arenae purae siccissimae bonam quantitatem, ut Succinum probe tegatur.
Adapta recipiens amplum, commissuris bene mu-

nitis, lenem applica ignem, ut retorta incalescat. Cum phlegma prodiit, et Oleum apparere incipit, parum augeatur ignis, ut gutta guttam sequatur; cum Oleum sit spissius, augeatur parum ignis, qui continuandus, donec vas recipiens fiat clarum. Refrigeratis omnibus, in recipiens vas versa Aquam, ut ea undique adhaerens Sal volatile *abluas. Omnia, quae prodierunt, effunde in Cucurbitam vitream, huic impone alembicum caecum, et calore humano calori simili digere per triduum, tunc separa* Oleum, *aquam residuam evapora ad dimidiam, et in loco frigido ad Crystallisandum reponatur. Evaporationem et Crystallisationem repete, donec omne* Sal *acceperis. Salem conjice in Cucurbitam parvam, alembico caeco munitam, et commissuris clausis, ex arena sublimetur. Oleo affunde aquam copiosam, et ex vesica destilla.*

DE AURO.

AURUM FULMINANS.

Fit ex
  Auro *in* Aqua Regia *soluto*,
Et cum
  Oleo Tartari *praecipitato*,
Edulcorando cum aqua, *siccandoque* S. A.

DE

DE ARGENTO.

Lapis Infernalis.

℞. Limaturae Argenti puriſſimi unciam unam.
Aquae Fortis generoſae uncias tres.

Indantur vaſi vitreo, et in arena evapora ad duarum partium conſumtionem; reliquum effunde in Crucibulum amplum, rurſum collocetur ſupra ignem, ut ebulliat. Tunc adaugeatur ignis, ut materia inſtar Cerae fluat, quae effuſa ſervetur uſui in vitro oris anguſti.

DE CUPRO.

Tinctura Veneris.

℞. Limaturae Veneris rubrae unciam unam.
Affunde
Spiritus Salis Ammoniaci cum Cineribus Clavellatis deſtillati uncias ſex.

Digere, donec Tinctura coerulea evaſerit.

Tinctura Antiphthisica.

℞. Sacchari Saturni unciam unam.
Vitrioli Martis unciam ſemis.

Separatim pulveriſata commiſceantur, ut fiant in-

ſtar

ſtar paſtae, quae, in patella vitreata aëri expoſita aliquot diebus, rubeſcet; pulveriſatae affunde

Spiritus Vini rectificati uncias quatuor.

Frigide extrahe Tincturam.

Tutiae Praeparatio.

℞. Tutiae Officinarum *ſeu* Cadmiae Graecorum Q. V.

In Crucibulo ter candeſiat, toties

Aqua Roſacea

Extinguatur; dein ſuper Marmor in ſubtiliſſimum pulverem laevigatam redige cum

Aqua Roſacea *in Paſtillos.*

Eodem modo fit

Lapidis Calaminaris Praeparatio.

De Plumbo.

Plumbi Ustio.

℞. Plumbi laminarum tenuiſſimarum Q. V.

Sulphuris Q. S.

Fiat ſtratum ſuper ſtratum in fictili novo, ignem ſuccendito, et flagrans plumbum ſpatha ferrea move, donec in cineres redigatur.

Oleum

Oleum *seu* Liquor Plumbi.

℞. Plumbi calcinati Q. V.
Affuso Aceto deſtillato *maceretur diu, Tinctura per chartam bibulam filtretur, et ebulliendo parum inſpiſſetur.*

Saccharum Saturni.

℞. Aceti Lithargyrii Q. V.
Evapora in vitro igne arenae, quouſque in ſuperficie pellicula appareat, defer in locum frigidum, ut cryſtalli concreſcant, eritque Saccharum Saturni. *Hoc ſolve in Aceto deſtillato, ſolutum ut ſupra evapora, et in frigido loco* cryſtalli *concreſcent pulcherrimae.*

DE FERRO.

Chalybis Praeparatio.

℞. Limaturae Chalybis puriſſimi Q. V.
Irroretur
Aceto Vini acerrimo;
Ad ſolem ſiccetur, et hoc tamdiu repetatur, donec ſuper Porphyritem
Affuſo tantillo Aquae Cinamomi
Teri queat in inpalpabilem pulverem.

Sal *seu* Vitriolum Martis.

℞. Limaturae Martis non rubiginosae partes duas.
Illi in vitro amplo affunde
Aquae communis calidae partes sex.
Sensim dehinc instilla
Olei Vitrioli partes tres.
Haec agita, et impone arenae calidae, solutionem decantatam filtra calide, evapora igne arenae, donec cuticula appareat. Repone in loco frigido; quae concrescunt crystalli, sunt Vitriolum Martis.

Tinctura Vitrioli Martis Ludovici.

℞. Vitrioli Martis unciam unam.
Crystallorum Tartari uncias quatuor.
Ebulliant cum
Aquae purae S. Q.
Per duodecim horas, vel donec materia ad Mellis spissitudinem sit redacta.
Huic altae phialae immissae affunde
Spiritus Vini rectificati duodecuplum.
Ebulliant leviter viginti quatuor horis.
Tincturam *rubicundam a foecibus separatam usui serva.*

Tinctura

TINCTURA MARTIS APERIENS.

℞. Limaturae Martis uncias tres.
Cremoris Tartari uncias duodecim.
Coque cum S. Q.
Aquae purae
In lebete, ſaepius ſpatula ferrea agitando, donec aqua nigra evaſerit, quae decantata ad tenuioris Syrupi conſiſtentiam evaporetur.

CROCUS MARTIS APERIENS.

℞. Limaturae Martis.
Sulphuris ana partes aequales.
Terantur diu in mortario vitreo vel lapideo, affundendo Aquam, *ut ſint paſta; haec per quinque horas reponatur, dein tecto crucibulo imponatur igni, ut deflagret, ſervetur adhuc per bihorium circiter in igne, perpetuo agitando, donec pulvis fiat ruber.*

FLORES SALIS AMMONIACI MARTIALES.

℞. Lapidis Haematitidis.
Salis Ammoniaci ana partes aequales.
Terantur in pulverem inpalpabilem; indantur cucurbitae vitreae ſuo alembico munitae, defodiantur in arena uſque ad alembicum. Deinde arenae igne ſummo ſublimentur flores.

DE MERCURIO.

MERCURIUS PRAECIPITATUS ALBUS.

℞. Mercurii uncias octo.
Solve in
Spiritus Nitri *vel*
Aquae Fortis unciis duodecim.
Solutioni affunde
Muriam, factam ex Salis Marini unciis quinque cum aquae pinta una.
Praecipitabitur
Mercurius albi coloris.
Qui, iterata
Aquae affusione,
Edulcorandus et exsiccandus est.

MERCURIUS PRAECIPITATUS RUBER.

℞. Mercurii Q. V.
Solvatur in
Aquae Fortis *vel*
Spiritus Nitri S. Q.
Solutum evapora in arena ad siccitatem; deinde auge ignem ad tertium usque gradum, quousque pulvis ex albo fiat ruber.

MERCURIUS

MERCURIUS SUBLIMATUS CORROSIVUS.

℞. Mercurii vivi Q. V.
Solve in arena calida in
Aquae Fortis *vel*
Spiritus Nitri Q. S.
Cum plane ſolutus fuerit Mercurius, evapora ad ſiccitatem. Huic maſſae admiſce
Salis Marini decrepitati partem aequalem.
Ea reple matracii unam partem tertiam, orificium vitri chartaceo operculo claude, impone arenae, applica primo ignem lenem, quem ſucceſſive auge, donec omnis Mercurius *ſublimatus ſit, quod circiter poſt ſex vel ſeptem horas continget, refrigeretur matracium, eoque fracto*, Mercurius Sublimatus Corroſivus *eximatur.*

TROCHISCI DE MINIO JOHANNIS DE VIC.

℞. Micae Panis uncias quatuor.
Mercurii ſublimati corroſivi unciam unam.
Minii unciam ſemis.
Cum aqua Roſarum formentur
Trochiſci oblongi.

MERCURIUS DULCIS.

℞. Mercurii ſublimati corroſivi Q. P.

Tere in mortario vitreo, vel marmoreo, paulatimque inter terendum admiſce

Mercurium vivum ea quantitate, donec
Mercurius corroſivus nihil amplius aſſumat.

Ad minimum tantundem vivi *ſumatur*, *quantum* ſublimati. *Pulvere hoc reple vitri idonei partem tertiam, ſublimaque vel ex arena, vel igne aperto, incipiendo ab igne primi gradus, eumque ad tertium uſque gradum adaugendo. Si operatus rite fueris, quatuor vel quinque horarum ſpatio operatio erit finita. tum fracto vitro* Sublimatum Dulce *exime, quod ſi purum non ſatis fuerit, ſublimationem, abjectis ſordibus, una et altera vice repete, quod, ſi octies ſublimatum fuerit, dicitur*

PANACEA, *vel*
CALOMELAN

TURBITH MINERALE.

℞. Mercurii partem unam.
Olei Vitrioli optimi partes quatuor.

Impone in matracio vitreo arenae, ſtruatur ignis, ut maſſa fere ebulliat, tandemque fiat ſicca, ac albi coloris. Huic refrigeratae affunde aquam tepidam, *et decidet ad fundum pulvis luteus, hunc aqua fervida edulcora, donec fiat inſipidus, eritque* Turbith Minerale.

MERCURIUS

Mercurius Vitae.

℞. Butyri Antimonii Q. S.

Effundatur sensim in vitrum, aqua purissima *repletum*, *quae statim lactea evadet : dein praecipitabitur pulvis niveus*, *multiplici ablutione aquae purae tepentis abluendus*, *et leni calore exsiccandus.*

Aethiops Mineralis.

℞. Mercurii vivi partes quatuor.
Florum Sulphuris partes tres.

Agitentur in mortario vitreo pistillo vitreo, *donec Mercurius penitus disppareat*, *et pulvis fiat niger.*

DE ANTIMONIO.

Vitrum Antimonii.

℞. Antimonii crudi in subtilissimum pulverem redacti Q. V.

Imponatur fictili terreo non vitreato, *plani fundi. Calcina igne leni*, *spatula ferrea perpetuo agitando*, *ne concrescat*, *et*, *si concreverit*, *denuo in pulverem redigatur*, *et calcinetur ut prius*, *agitando tamdiu*, *donec non amplius fumet*, *et in grumos concrescat. Tum inde crucibulo optimo*, *laterculo tecto*, *cui undique prunas admove*, *ut igne violentissimo fluat post horam circiter ; si prius immisso bacillo ferreo aliquid extraxeris*, *videri*sque,

risque, num materia sit satis diaphana, effunde super tabulam lapideam probe calefactam; quae refrigerata erit Vitrum Antimonii.

Infusio Vitri Antimonii.

℞. Vitri Antimonii integri drachmam unam.
Vini Hispanici libram unam.
Stent in maceratione per viginti quatuor horas.

Regulus Antimonii.

℞. Antimonii crudi.
Tartari crudi ana libram semis.
Terantur seorsim subtilissime, et misceantur, in crucibulum bene ignitum conjiciatur materia, claudatur tegula, et relinquatur in igne vehementissimo, donec materia vel fluat, vel bene ignita sit, tum per vices injiciatur pauxillum nitri pulverisati, *donec materia instar aquae fluat.*

Removeatur crucibulum ab igne, et sine leniter refrigerari, continuo spatula ferrea pulsando crucibulum, ut Regulus ad fundum descendat. Refrigerato crucibulo et fracto, reperitur in fundo materia alba metallica et fragilis, quae a scoriis incumbentibus separata, Regulum Antimonii *efficit.*

Si prima fusione non satis purus sit, per iteratam fusionem cum pauxillo Nitri rectificetur.

Regulus Antimonii Martialis.

℞. Ferri optimi uncias ſeptem.

Fluat in crucibulo tecto, igni maximo impoſito, intime candenti adde

Antimonii optimi in ſubtilem redacti pulverem libram unam.

Cum maſſa igne maximo bene fluxerit, ſucceſſive adde

Nitri optimi uncias tres.

Obtecto, facta detonatione (crucibulo) igne maximo fluat, donec non amplius ſcintillet, tum ſubito in conum fuſorium calefactum, pauco ſebo inunctum, effundatur, conuſque parum concutiatur, quae ad fundum ſubſidet pars metallica, Regulus *eſt.* Regulus *a ſcoriis liberatus, iterum igne violento fluat, ſenſim denuo*

Nitri puriſſimi et ſicciſſimi unciae tres

Addantur, hocque tertia etiam vice cum iiſdem cautelis iteretur, et erit

Regulus Antimonii Martialis Stellatus.

Crocus Metallorum.

℞. Antimonii crudi.

Nitri puri ana partes aequales.

Terantur accurate in minutiſſimum pulverem, detonentur, pulvis reſiduus edulcoratus, eſt

Crocus Metallorum.

INFUSIO CROCI METALLORUM, *seu* AQUA BENEDICTA RULANDI.

℞. Croci Metallorum drachmam unam.
Vini Hispanici libram unam.

Digerantur per tres dies. Infusio decantata servetur usui.

TARTARUS EMETICUS.

℞. Croci Metallorum.
Cremoris Tartari ana partes aequales.

Bulliant in aqua, donec Tartarus dissolvatur, solutio calida filtretur, id nova affusa aqua toties repetatur, donec non amplius de Tartaro appareat. Evaporetur, donec cuticula conspiciatur, et ad Crystallisandum reponatur, eruntque Crystalli
Tartarus Emeticus.

ANTIMONIUM DIAPHORETICUM ABLUTUM.
——— ——— NON ABLUTUM.
NITRUM ANTIMONIATUM.

℞. Antimonii optimi partem unam.
Nitri purissimi partes tres.

Terantur in pulverem subtilissimum, et accurate misceantur, dein detonentur, eoque facto, per quadrantem horae detineantur in igne non vehementiori quam

quam ut ſolummodo candeant. Frigefacta maſſa in ſubtilem pulverem redigatur, eritque Antimonium Diaphoreticum non edulcoratum. *Si vero* Nitrum *aqua abluatur, erit* Antimonium Diaphoreticum *vulgo ita dictum. Aqua, qua ablutum eſt, ad dimidiam evaporata, dabit*

Nitrum Antimoniatum.

ANTIMONII BUTYRUM.
——————— CINNABARIS.

℞. Antimonii crudi pulveriſati.
Mercurii ſublimati corroſivi ana partes aequales.

Terantur diu in mortario vitreo vel lapideo, ut bene miſceantur, eo pulvere reple retortam vitream ampli colli ad dimidiam. Impone arenae, agglutina recipiens, excita ignem primi gradus, et exſtillabit liquor craſſus concreſcens, pruna admota ſubinde ſolvendus, ne collum retortae occludat, eaque diſſiliat. Augeatur ignis, donec egrediantur vapores rubri; tum remoto recipiente, aliud recipiens cum aqua appone, commiſſuriſque non lutatis, auge ignem, ut retorta candeat, et ita per quadriborium continua. Tunc refrigeratis omnibus, babebis Butyrum Antimonii, *et ejus* Cinnabarin *collo retortae adbaerentem.* Butyrum Antimonii *ex arena per retortam rectificetur,* Cinnabaris *vero ita ſervetur.*

ANTIHECTICUM POTERII.

℞. Antimonii in ſubtiliſſimum pulverem redacti partem unam.
Limaturae Stanni Anglici partem dimidiam.
Nitri puriſſimi partes tres.
Miſceantur accurate, detonentur, edulcorentur.

RUPTORIUM COMMUNE.

Fit ex Lixivio fortiſſimo S. A. exſiccato, in vitro ſicciſſimo probe obturato conſervandum.

FINIS.



INDEX

INDEX

MEDICAMENTORUM COMPOSITORUM IN OFFICINIS SERVANDORUM.

Aceta Destillata.

Acetum Alexipharmacum. Pag. 155
——— Deſtillatum. ibid.
——— Prophylacticum. ibid.

Aceta Infusa.

Acetum Calendulae. 104
——— Lavendulae. ibid.
——— Lithargyrii. ibid.
——— Roſaceum. ibid.
——— Rutaceum. ibid.
——— Sambucinum. ibid.
——— Scilliticum. 105
——— Theriacale. ibid.

Antidota et Opiata.

Confectio Alkermes. 77
——— ——— Sine Ambra et Moſcho. ibid.
——— Corroborans. ibid.
——— Hyacinthorum. 78
Diaſcordium Fracaſtorii. ibid.
——— ——— Incompletum. 79
——— Sylvii. ibid.

Mithridatium Damocratis. Pag. 81
Philonium Mesuae. 83
Requies Nicolai. ibid.
Theriaca Andromachi Senioris. 84
——— Diatessaron. 87

De Antimonio.

Antihecticum Poterii. 196
Antimonii Butyrum. 195
——— Cinnabaris. ibid.
Antimonium Diaphoreticum ablutum. 194
——— ——— non ablutum. ibid.
Crocus Metallorum. 193
Infusio Croci Metallorum. 194
——— Vitri Antimonii. 192
Nitrum Antimoniatum. 194
Regulus Antimonii. 192
——— ——— Martialis. 193
——— ——— ——— Stellatus. ibid.
Tartarus Emeticus. 194
Vitrum Antimonii. 191

Aquae Compositae v. Spiritus compositi.

Aquae per Destillationem.

Aqua Absinthii. 137
——— Arboris Vitae. ibid.
——— Artemisiae. ibid.
——— Baccarum Juniperi. ibid.
——— Boraginis. ibid.

Aqua

Aqua Cardui Benedicti. Pag. 137
—— Centaurii Minoris. 138
—— Cichorei. 137
—— Cinamomi. 138
—— Cochleariae. 137
—— Corticum recentium Aurantiorum. ibid.
—— ———— ———— Citriorum. ibid.
—— Foeniculi. ibid.
—— Florum Aurantiorum, *ſeu* Naphae. ibid.
—— ———— Lavendulae. ibid.
—— ———— Liliorum Convallium. ibid.
—— ———— Papaveris Erratici. ibid.
—— ———— Roſarum. ibid.
—— ———— Sambuci. ibid.
—— ———— Tiliae. ibid.
—— Fumariae. ibid.
—— Hyſſopi. ibid.
—— Majoranae Nobilis. ibid.
—— Matricariae. ibid.
—— Meliſſae. ibid.
—— Menthae. ibid.
—— Petroſelini. ibid.
—— Plantaginis. 138
—— Pulegii. ibid.
—— Radicis Graminis. ibid.
—— Roriſmarini. ibid.
—— Rutae. ibid.
—— Sabinae. ibid.
—— Salviae. ibid.
ARCANUM DUPLICATUM. 170

De Argento.

Lapis Infernalis. Pag. 183

De Auro.

Aurum Fulminans. 182

Balsami.

Balſamus Antapoplecticus. 154
——— Embryonis. 149

Balsami Unctuosi.

Balſamus Arcaei. 122
——— Lucatellae. ibid.
——— Saturni, *vel* Univerſalis. 123

De Calce Viva.

Aqua Calcis. 170
——— Divina Fernelii. ibid.
——— Phagadaenica. ibid.
——— Sapphirina. ibid.

Cerata.

Ceratum e Cumino. 136
——— Defenſivum Coeruleum. ibid.
——— Stomachicum Galeni. ibid.
Clysmatis Decoctum. Pag. 105

CONDITA.

Conditae Radices Acori vulgaris. Pag. 87
——— ——— Enulae Campanae. ibid.
——— ——— Satyrii. ibid.
——— ——— Zingiberis. ibid.
Conditi Cortices Aurantiorum. ibid.
——— ——— Citriorum. ibid.
——— Fructus Berberi. ibid.
——— ——— Cydoniorum caro et miva. ibid.
——— ——— Nuces Juglandes. ibid.
——— ——— ——— Moſchatae. ibid.

CONSERVAE.

Conſerva Florum Anthos. 88
——— ——— Boraginis. ibid.
——— ——— Bugloſſae. ibid.
——— ——— Calendulae. ibid.
——— ——— Roſarum Pallidarum. ibid.
——— ——— Roſarum Rubrarum. ibid.
——— ——— Violarum. ibid.
——— Herbarum Abſinthii vulgaris. ibid.
——— ——— Meliſſae. ibid.
——— ——— Menthae. ibid.
——— ——— Salviae. ibid.

De Cornu Cervi.

Cornu Cervi, Eboris, aliorumque offium praeparatio. Pag. 171
—— —— Uftum. 172
Eorundem offium Praeparatio Spagyrica. 171
Sal Cornu Cervi et Spiritus. ibid.
Spiritus Cornu Cervi Succinatus. 172

Electuaria Solutiva.

Electuarium Diacatholicon. 74
———— Diaphoenicon. ibid.
———— Diaprunum. 75
———— Hierae Picrae Galeni. ibid.
———— Hydragogum Sylvii. 76
———— Succi Rofarum. ibid.

Elixiria.

Elixir Hyftericum. 164
—— ———— Idem cum acido. ibid.
—— Proprietatis fine acido. ibid.
—— Salutis. 165

Emplastra.

———— de Chavonne. 123
———— Defenfivum Rubrum. 125
———— Diachylon cum Gummi. 124

Emplaftrum

Emplastrum Diapalma. Pag. ibid.
——— Diapompholygos. 126
——— Diasulphuris Rulandi. ibid.
——— Gratia Dei. 127
——— Griseum, *seu* Lapidis Calaminaris. ibid.
——— De Labdano. 128
——— De Lapide Calaminari simplex. 127
——— Meliloti. 129
——— Minii. 130
——— Mucaginum. ibid.
——— Oxycroceum. 131
——— Ranarum *sine* Mercurio. ibid.
——— Rustingii. 133
——— e Spermate Ceti. 134
——— Stichticum Paracelsi. ibid.
——— Vesicatorium. 135

EXTRACTA.

Extractum Agrimoniae. 73
——— Centaurii Minoris. ibid.
——— Corticis Peruviani. ibid.
——— Elaterii. 72
——— Radicis Gentianae. 73
——— ——— Helenii. ibid.
——— ——— Hellebori Nigri. ibid.
——— ——— Rhei. 72

De Ferro.

Chalybis Praeparatio. Pag. 185
Crocus Martis Aperiens. 187
Flores Salis Ammoniaci Martiales. ibid.
Sal, *ſeu* Vitriolum Martis. 186
Tinctura Martis Aperiens. 187
——— Vitrioli Martis Ludovici. 186

Flores per Sublimationem.

Flores Benzoin. 166

Loch.

Loch Sanum et Expertum. 101

Mellita.

Diamoron Nicolai. 103
Mel Chelidonii. ibid.
—— Mercuriale. ibid.
—— Roſarum Rubrarum. ibid.
Oxymel Scilliticum. ibid.
——— Simplex. ibid.

De Mercurio.

Aethiops Mineralis. 191
Mercurius Dulcis. 190
——— Praecipitatus Albus. 188
——— ——— Ruber. ibid.
——— Sublimatus Corroſivus. 189
——— Vitae. 191
Panacea *vel* Calomelan. 190
Trochiſci de Minio Joannis de Vic. 189
Turbith Minerale. 190

De Nitro.

Liquor Nitri fixi. Pag. 175
Sal Nitri fixum. 174
—— Polychreſtus. 175
—— Prunellae. ibid.
Spiritus Nitri cum Bolo. 176
——— —— Dulcis. ibid.
——— —— Glauberi. ibid.

Olea per Deliquium.

Oleum, *ſeu* Liquor Myrrhae. 166

Olea per Destillationem.

Oleum Baccarum Juniperi. 153
——— Cajapoeti. ibid.
——— Caryophyllorum. ibid.
——— Cinamomi. ibid.
——— Corticum recentium Aurantiorum. ibid.
——— ——— ——— Citriorum. ibid.
——— Hyſſopi. ibid.
——— Kinkenemalo. ibid.
——— Laterum, *ſeu* Philoſophorum. 154
——— Ligni Rhodii. 153
——— —— Saſſafras. ibid.
——— Macis. ibid.
——— Majoranae. ibid.
——— Menthae. ibid.
——— Nucis Moſchatae. ibid.

Oleum Origani Cretici. Pag. 153
——— Pulegii. ibid.
——— Rorifmarini. ibid.
——— Sabinae. ibid.
——— Seminis Anethi. ibid.
——— ——— Anifi. ibid.
——— ——— Carui. ibid.
——— Spicae. ibid.
——— Tanaceti. ibid.
——— Terebinthinae. 154

OLEA PER EXPRESSIONEM.

Oleum Amygdalarum Amararum. 106
——— ——————— Dulcium. ibid.
——— Laurinum Genuinum. ibid.
——— Macis. ibid.
——— Nucis Juglandis. ibid.
——— ——— Mofchatae. ibid.
——— Olivarum maturarum. ibid.
——— Palmae. ibid.
——— Seminis Hyofcyami. ibid.
——— ——— Lini. ibid.
——— ——— Nigellae. ibid.
——— ——— Papaveris. ibid.

OLEA PER INFUSIONEM.

Oleum Abfynthii. 107
——— Anethinum. ibid.
——— Capparum. ibid.

Oleum Castorei. Pag. 108
——— Chamaemelinum. 107
——— Crocinum pro Emplastro è Ranis. 109
——— Hyperici. 107
——— Irinum. 109
——— Liliorum Alborum. 107
——— Lumbricorum Terrestrium. 109
——— Mastichinum. 110
——— Mucaginum. ibid.
——— Nardinum. ibid.
——— Nepetae. 107
——— Ovorum. 111
——— Rosaceum completum. 107
——— Rutaceum. ibid.
——— Scorpionum. 111
——— Solani. 107
——— Trifolii Odorati. ibid.
——— Violaceum. ibid.

OPIATA V. ANTIDOTA.

PASTA VESICATORIA. 135

PILULAE NARCOTICAE.

Laudanum Cydoniatum. 70
———— Purum. 71
Pilulae de Cynoglossa. 70
——— — ———— Sine Croco et Castoreo. ibid.
——— Laudani Opiati. 71
——— e Styrace. ibid.

PILULAE

PILULAE PURGANTES.

Pilulae Aloës Rosatae. Pag. 67
——— Aureae. ibid.
——— Cochiae. 68
——— Extracti Catholici. ibid.
——— Foetidae. ibid.
——— Mastichinae. 69
——— Pestilentiales, *vel* Ruffi. ibid.

DE PLUMBO.

Oleum, *seu* Liquor Plumbi. 185
Plumbi ustio. 184
Saccharum Saturni. 185

PRAEPARATIO PULVERUM.

Praeparatio Coralliorum. 52
——— Cornu Cervi. 171
——— ——— ——— Spagyrica. ibid.
——— Eboris. ibid.
——— Lapidis Calaminaris. 184
——— Margaritarum. 52
——— Oculorum Cancrorum. ibid.
——— Scammonii. 51
——— Succini. 52
——— Tutiae. 184

PULVERES AROMATICI.

Pulvis Aromaticus Rosaceus. 53
——— Cantianus, *vel* Comitissae Kent. 54

Pulvis

Pulvis e Chelis Cancrorum. Pag. 53
—— Diagalangae. 55
—— Diarrhodon. ibid.
—— Diatragacanthi Frigidus. 56
—— Haly ad Tabem. ibid.
—— Marchionis. 57
—— Sternutatorius, *vel* Cephalicus. 58
—— Stomachicus. 57

PULVERES PURGANTES.

Pulvis Cornachinus. 52
—— Diagrydii. 51
—— Hierae Simplicis Galeni. ibid.
—— Senae vel Diasenae. 52

RESINAE.

Resina Agarici. 166
—— Guajaci. ibid.
—— Jalappae. 165
—— Scammonii. 166

ROB.

Rob Acaciae vulgaris. 89
—— Berberorum. ibid.
—— Juniperinum. ibid.
—— Ribesiorum. ibid.
—— Sambuci. ibid.

RUPTORIUM COMMUNE. 196

De Sale Ammoniaco.

Flores Salis Ammoniaci. Pag. 173
Sal Volatile Oleoſum et Aromaticum. ibid.
Spiritus Salis Ammoniaci. ibid.

De Sale Marino.

Spiritus Salis cum Bolo. 177
——— ——— Dulcis. ibid.
——— ——— Glauberi. ibid.

Sales per Decoctionem et Crystallisationem.

Cremor Tartari. 167
Cryſtalli Tartari. 168
Sal Tartari. ibid.
Sapo Tartareus. ibid.
Tartarus regeneratus, *ſeu* Terra Foliata Tartari. 169

Sales per Incinerationem.

Sal Abſynthii. 167
—— Cardui Benedicti. ibid.
—— Fabarum. ibid.
—— Geniſtae. ibid.
—— Sabinae. ibid.

Spiritus

Spiritus Compositi.

Aqua Anhaltina. Pag. 140
—— Antinephritica. 141
—— Antiparalytica. 142
—— Cerasorum Nigrorum. 143
—— Quercetani ad Gonorrhoeam. ibid.
—— Raphani Composita. 144
—— Refrigerans, *seu* Claretum. ibid.
—— Vitae Matthioli. 145
—— Vulneraria, Gallis Eau D'Arquebusade. 146
Spiritus Antiscorbuticus F. Dekkers. 147
—— Aut Aqua Melissae Magistralis, Gallis Eau des Carmes. 150
—— Aut Balsamus Embryonis. 149
—— Carminativus Sylvii. 147
—— Cerasorum Nigrorum. 148
—— Mastichinus. 151
—— Matricalis Burrhi. 150
—— Pectoralis F. Dekkers. 151

Spiritus Simplices.

Spiritus Cochleariae. 139
—— Corticum Aurantiorum. ibid.
—— —— Citriorum. ibid.
—— Florum Lavendulae. 140
—— —— Liliorum Convallium. ibid.
—— Menthae. ibid.
—— Radicis Angelicae. 139
—— Vini Rectificatus, et Alcohol. ibid.

De Succino.

Succini Sal Volatile et Oleum. Pag. 181

De Sulphure.

Balsamus Sulphuris Anisatus. 180
——— ——— Juniperinus. ibid.
——— ——— Linatus. 181
——— ——— Rulandi. ibid.
——— ——— Succinatus. 180
——— ——— Therebintinatus. ibid.
Flores Sulphuris. ibid.
Oleum *seu* Spiritus Sulphuris per Campanam. ibid.
Suppositorium. 73

Syrupi Compositi.

Syrupus Althaeae Fernelii. 93
——— Artemisiae. ibid.
——— Capillorum Veneris. 95
——— Cichorei cum Rhabarbaro. 96
——— Diacodii. ibid.
——— Hyssopi Zwelferi. ibid.
——— Jujubinus. 97
——— Menthae. 98
——— Myrtinus. ibid.
——— Quinque Radicum. 99
——— Rhamni Cathartici. 95
——— Rosarum Solutivus cum Sena. 99
——— Stoechadis. 100
——— Symphyti majoris. 101

Syrupi

SYRUPI SIMPLICES.

Julapium Rosaceum. Pag. 92
Syrupus Balsamicus. 90
——— Cardui Benedicti. ibid.
——— Citri. ibid.
——— Cydoniorum. ibid.
——— Florum Persicorum. 91
——— ——— Poeoniae. 92
——— Kermesinus. 90
——— Mororum. ibid.
——— Papaveris Albi. 91
——— ——— Erratici. ibid.
——— Rosarum Siccatarum. 92
——— ——— Solutivus. ibid.
——— Rubi Idaei. 90
——— Vetonicae Rubrae. 92
——— Violaceus. ibid.

TABELLAE.

Saccharum Althaeae. 65
——— Perlatum. ibid.
Tabellae contra Vermes. 66
——— e Succo Citri. ibid.

TINCTURAE COMPOSITAE.

Tinctura Anodyna, *seu* Laudanum Liquidum Sydenhami. 159
——— Seu Aqua Antiepileptica. 160

Tinctura Afthmatica, *feu* Balfamus Afthmaticus Completus. Pag. 161
——— Deobftruens. ibid.
——— Hydragoga. 163
——— Seu Aqua Hyfterica. 162
——— Jalappae confortans. 163

TINCTURAE PER DIGESTIONEM SIMPLICES.

Alcohol Alcalifatum. 156
Tinctura Antiphthifica. 183
——— Caftorei. 157
——— Cochinellae. ibid.
——— Corticis Cafcarillae. ibid.
——— ——— Caffiae Ligneae. ibid.
——— ——— Cinamomi. ibid.
——— ——— Kinae Kinae. ibid.
——— ——— Ligni Colubrini. ibid.
——— ——— ——— Saffafras. ibid.
——— ——— Winterani. ibid.
——— Florum Centaurii Minoris. ibid.
——— ——— Croci. ibid.
——— ——— Hyperici. ibid.
——— ——— Lavendulae. ibid.
——— Gummi Benzoes. ibid.
——— ——— Laccae. 158
——— Ligni Guajaci. 157
——— Myrrhae. 158
——— Opii Crudi. 157
——— Radicum Contrajervae. ibid.
——— ——— Gentianae. ibid.

Tinctura

Tinctura Radicum Helenii. Pag. 157
——— ——— Jalappae. ibid.
——— ——— Ninsing. ibid.
——— ——— Rhabarbari. ibid.
——— Salis Tartari. 158
——— Succini. ibid.
——— Summitatum Absinthii. 157
——— Tartari cum Vino. 158
——— Theriacalis simplex. 159
——— Veneris. 183

TROCHISCI.

Agaricus Trochiscatus. 59
Trochisci Albi Rhazis, *vel* Sief album. ibid.
——— Alhandal. ibid.
——— Alkekengi. 60
——— Bechici albi. 61
——— Cypheos pro Mithridatio. ibid.
——— Hedychroi Galeni pro Theriaca. 62
——— De Minio. 189
——— Myrrhae. 62
——— Scillitici. 64
——— Terrae Sigillatae. 63
——— Viperini ad Theriacam. 65

DE VITRIOLO.

Ens Veneris. 179
Sal Tartari Vitriolatus. ibid.
Vitrioli Calcinatio. 177

Vitrioli

Vitrioli Oleum. Pag. 178
——— Phlegma. ibid.
——— Spiritus Acidus. ibid.
——— ——— Volatilis Sulphureus. ibid.

UNGUENTA.


Unguentum Aegyptiacum. 112
——— Album Camphoratum. ibid.
——— Althaeae Compofitum. ibid.
——— ——— Simplex. ibid.
——— Apoftolorum. 113
——— Arthanitae. 114
——— Aureum. 115
——— Bafilicon. ibid.
——— Deficcativum Rubrum. 116
——— Diapompholygos. ibid.
——— Enulatum cum Mercurio. 117
——— ——— Sine Mercurio et Therebintina. ibid.
——— Fufcum. 116
——— Martiatum. 117
——— Nervinum. 119
——— Nutritum. ibid.
——— ——— Sine corpore. ibid.
——— Oculare. 120
——— Pomatum *vel* Odoriferum. ibid.
——— Populeum. 121
——— Rofaceum. ibid.
——— Viride, *vel* Balfamus Viridis. 122

FINIS.

CHARACTERES,
Qui apud Medicos Auctores vulgo Occurrunt.

Acetum	🜊
Acetum Destillatum	🜋
Aer	A
Æs, Cuprum, Venus	♀
Æs Ustum	🜧
Alembicum	🝪
Alumen	O
Amalgama	ããã
Ana	an, ã, ãã,
Antimonium, seu Stibium	♁
Aqua	▽
Aqua Destillata	🜄D
Aqua Fortis	🜅
Aqua Pluvia	▽P
Aqua Regia	🜆
Aquia Vitæ	🜈
Arena	🝗
Argentum, seu Luna	☾
Argentum Vivum, seu Mercurius	☿
Arsenicum	🜺
Auripigmentum	🜽
Aurum, sive Sol	☉
Balneum Arenosum	ÆB
Balneum Mariæ	MB
Balneum Vaporis	VB
Borax	🜻
Calx Viva	🜁
Camphora	🝫
Cancer	♋
Caput Mortuum	🜎
Chalybs, Mars, vel Ferrum	♂
Cineres Clavellati	🝗
Cinnabaris	🜓
Cornu Cervi	CC
Crocus Martis	🜞
Crocus Veneris	🜨
Crucibulum	🝧
Cucurbita	🝪
Destillare	🝫
Dies	🝯
Dies et Nox	🝰
Drachma	ℨ

Granum	gr̃
Gutta	gutt
Hora	🝮
Ignis	🜂
Ignis Rotæ, Reverberii	🜂⃝
Jupiter, vel Stannum	♃
Libra; Pondus	℔, lib.
Limatura Martis	♂
Mercurius Præcipitatus	☿☿
Mercurius Sublimatus	☿☿
Mensis	⧗
Nox	ρ
Oleum	🝆
Phiala	⚱
Plumbum, seu Saturnus	♄
Præparare	PP
Præcipitare	⫧
Pulvis	🝨
Recipe	℞
Regulus Stellatus	✡
Retorta	🝭
Sal Alcali	🜺
Sal Ammoniacum	⊖✱
Sal Commune	⊖
Sal Gemmæ	♉
Sal Nitri, vel Petræ	🜕
Sal Volatile	⊖V
Scrupulus	℈
Semis	ß
Spiritus	~SP
Spiritus Vini	🜈
Spiritus Vini Alcoholisatus	VA
Spiritus Vini Rectificatus	VR
Stratum super Stratum	S.S.S.
Sublimare	⫨
Sulphur	🜍
Talcum	✕
Tartarus	🜿
Terra	🜃
Tinctura	TR
Tutia	⊗
Vinum	V
Viride Æris	⊕
Vitriolum	🜖
Vitrum	o-
Uncia	℥
Volatile	♑
Urina	⊡






HAGE
S
RAVEN